

Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis,
Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis,
eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et
Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Fides prævia est necessaria ad visionem beatificum. Ex Veteri. Novo.
Patribus, & aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Sicut membra tremula, & seneclente languida, bæculò tutò deducente, labi, & cadere, non permittuntur; sic etiam animam nostram, incertis ratiocinationibus circumactam, ac pectinata, fides quovis bæculò tutius suscentans, iuaque vi reficiens, sumptuosa firmat; nec finit subverti. S. Chrysostomus de Verbo Apostoli tom. 6.

Fides comparatur speculo mundo: quia sicut turris magna in modico speculo cernitur; sic Magdalena, & magnitudo divina, in speculo fidei representatur. S. Bonaventura dicit. sal. c. 26. de fide.

Quisquis perfectè credit, lapis est templi Dei; lapis est solerti apparatu levigatus, & exæquatus in substructionem DEI Patris. S. P. Antonius Abb. hom. 1. de fide.

Dies Clara est fides, quando est sine errore: habet duodecim horas, scilicet duodecim articulos fidei. S. Vincentius Ferrerius f. 6. post Lætare.

Fides pupilla est oculi tui. Quomodo pupilla oculi est subtilissima; & nisi impinguata, ac sollicita, custodiatur à palpebris; levissimi, ac tenuissimi, pulveris tactu confunditur: sic acies fidei; nisi per vigilem semper habeat custodiam, nihil citius conturbat. Drogo Ost. de Sacr. Pass.

Genius circinò faciens circulum. Lem. Stans uno capite omnia punctò. Stans in uno Spiritu unanimes, collaborantes fidei. Philipp. 1. 27. Hefesus.

S. II.

Fides prævia, est necessaria ad visionem beatificam.

Ex Veteri.

Non est in loco nostro consuetudinis, ut mores ante tradamus ad nupias. Gen. 29. 26. Duas filias habet Deus, id est, duas Ecclesiæ; triumphantem, quæ est pulchra Rachel; sed sterilis est, quia ibi merendus locus non est: altera militans, Ippa Lia; quia nihil hic terum divinarum, & spiritualium, videmus, sed tantum credimus. Est tamen fœcunda, & plurimos parit filios. Prius Lia nubere debemus, id est, in fide vivere; tunc Rachele fruenter. Diez conc. 3. festo Exspectat. part. B. V.

Audi filia, & vide. Ps. 44. 11. Vide defideras, sed audi prius: gradus est auditus ad visum. Proinde audi, & inclina aurem tuam; ut per auditum obdientiam pervenias ad gloriam visionis. S. Bernardus f. 4. in Cant. *Auditus meo dabis gaudium, & latitudinem.* Ps. 50. 10. Si audis per fidem, statim dicetur tibi; vide per intellectum. Sylveira in Luc. 2.

Vox dilecti mei. Cant. 2. 8. Prius percipimus vocem Sponsi, quæ fidem per auditum generat; & postea ipsum per contemplationem intuemur. Ob id Sponsa dicitur Ps. 44. 11. *Audi filia, & vide.* Prius audi, & post videbis. Et Job. 42. 5. de se: *Auditus auris audi vi te; nunc autem oculus mens vides te.* de Ponte hic Exh. 1. §. 1.

Ex Novo.

Beati mundæ corde, quoniam ipsi DEum videbunt. Matth. 5. 8. Sed unde veniet haec cordis munditia, nisi à fide? Unde Paulus Ad. 15. 9. *& illos fide purificans corda illorum,* Bæza t. 2. l. 10. c. 1. §. 5.

Sicut mundum vestram fias vobis. Matth. 9. 29. Fides viatorum in patria patitur DEI visionem. Requiritur in cœcis his fides, ut iis conferatur visus. Est illuminatio fidei ad gloriam visionis beatificæ, quod Lucifer, five aurora, ad Solem. *Credentes exulta- bitu letitia menarrabili.* 1. Petri. 1. 8. Bæza ib.

Beata que credidisti. Luc. 1. 45. quia cognitionis per fidem inchoatio quadam est cognitio beatæ in patria; ipsum quoque credere ex charitate meritorum est beatitudinis consummata. Sicut enim fructus virtute sunt in semine, sic virtuitaliter beatitudo nostra continetur in fide. Stella hic.

Videamus hoc verbum, quod factum est. Luc. 2. 15. Vatabl. videamus hanc rem, que accedit. Eusebius Gallic. hom. in aurora: factum tamen quoddammodo est, quia Verbum Caro factum est, quod Dominus ostendit nobis. Videamus corporaliter; & quodcumque concepiimus, & fide tenemus; restat ut oculis intuemamur. Adeò sunt certa, quæ fide creduntur; ut nihil aliud reitet, quam ut oculis in beatitudine videantur. Sylveira hic.

Laudantes DEum in omnibus, qua au- dierant, & viderant. Luc. 2. 20. Audierant ab Angelis, viderant propriis oculis in praesepio. Nota ex S. Bonaventura ordinem: au- dierant, & viderant; nisi enim quis per audi- tum credidit, non videbit in visione DEI. Et ideo dicitur Il. 7. 9. *nisi credidisti, non intelligeris.* Vulgata: permanebitis. Syl- veira hic.

Intransitibus illis in nubem. Luc. 9. 34. Non frustra Spiritus S. hic in lucida nube, in for- dante apparet in columba. Matth. 3. 16. quia qui nunc similes corde fidem, quam percepit, ter- vat; tunc luce apertæ visionis, quod credit, cernet. Columba etiam, quæ de terra est, gratia vitæ præsentis; nubes vero de celoappa- rent, gloriam vitæ coelestis præfigurat. Diony- sius Carth. hic.

Qui crevit in Elysium, habebit visam aeternam. Joan. 3. 36. Hec est vita aeterna, ut cognoscant te &c. Jo. 17. 3. videlicet cognoscant per fidem, quousque unusquisque cognoscet; sicut & ipse cognitus est per explicatum visionem. Et tanta est ardor fidei Christianæ; ut spes gaudeat, ac si possidat. Simon Cass. l. 3.

Conversus sum, ut viderem vocem. Apoc. 1. 12. S. Ambros. Auditivimus extra civitatem, vidimus in civitate; Deus lumen est aeternum. Supra v. 10. ait: *audire post me vocem mag- nam,* modo videre vult. Prima significat vo- cem DEI in hac vita; in qua per fidem auditus vocem DEI. Secunda statim patria denotat; in qua anima clare videt, quæ in via credebanut. Sylveira hic.

Ut absque elementis non licet vivere; ita nec
absque fide non licet abssequi cognitionem. Cle-
mens Alex. Strom. l. 2.

Fides pralibatio est quædam illius cognitionis,
quæ nos in futuro beatos faciet. S. Thomas
Opusc. 9. c. 2.

§. III.

Fides obscura.

Pleraque Symbolicè.

VAdam, & videbo visionem hanc ma-
gnam. Ex. 3. 3. At Dominus: nè ap-
propres hoc. Lyra q. d. humana fragilitas non
presumat arcana Dei inquire curiosè: quia
scriptum est Prov. 25. 27. qui scrutator est
majestatis, opprimerur agorita. Seraphim
& volabat pennis, & oculos operiebant: ut
nos docerent, Deo non tam accedendum ingenij
zcumine, quām affectionis amore. Naxera in
Joh. 24. §. 34.

Sub umbra illius. Cant. 2. 3. Bona fidei
umbra, qua lucem temperat oculo caligant, &
oculum præparat luci. Fides itaque lucem non
extinguit, sed custodit. S. Bernardus l. 31. in
Cant. Umbra ejus, caro ejus; umbra ejus fides.
Marie propriè obumbravit caro Filii; mihi Do-
mini fides. S. Bernardus l. 48. in Cant.

Resplenduit facies ejus sicut Sol. Matth.
17. 2. Discipuli non dicuntur, ipsum videte; sed,
audite. v. 5. qui facies infula filiis micabat. Nè
ergo radiorum acie obcecentur, auditum præbe-
re jussi. Naxera in Joh. 24. §. 34.

Rabbit, tu es Filius Dei. Jo. 1. 49. Sim-
plex fides eum in ista excelsa provexit. Quem
antè putabat hominem purum, nunc DEI
Filium confitetur. Cass. l. 9. cap. 9. In quo non
erat dolus.

Quanto certius demonstratur argumentum,
tantum fidei præmio detrahitur. S. Chrysost.
hom. 6. in 1. Corinth. 1.

Nihil fide nostrâ foret injustius, si quidem ea
caderet in solos sapientes; ac tum in dicendo, tum
demonstrationibus Logicis immodos. S. Gre-
gorius Naz. orat. 7.

Ptitacutus, aut alia avis cævæ inclusa. Lem:
Si videat, minùs illa canet. Non videntes
credunt; credentes autem exultabit lati-
tâ inenarrabilis 1. Petri 1. v. 8. Populus Is-
raeliticus olim dicebat; quomodo cantabimus
Canticum Domini in terra altera?

Non ego sic, licet à patribus quoq. sedibus
exul,

Cæca catenati carceris antra colam.

Canto tamen melius, quām si non capti
viderem.

Inter odoratum testa paterna nemus.
Tango fidem mortalis, habes tua gaudia
tecum;

Nec peritura unquam gaudia; tango
fidem. Hesius.

Oculus ex profunda, & tenebrosa caverna cœ-
lum intuens. Lem: Ex obscuro spectabile cœ-
lum est. Ego lux in Mundum veni; ut om-
nis, qui credit in me, in tenebris non ma-
neat. Joan. 12. 46.

Oculis patentem quisquis excipit Mun-
dum,

Videre Cœlum non potest, patet Cœlum
Habitansibus profunda. Per fidem pre-
stant

Videnda, quæ segnè ingenî nulla
Lux posse cohære. Scire vis cas-
sam?

In hominî animo perspicace quantum-
vis

Malè cum caducis sempiterna miscen-
tur. Idem.

Oculus. Lem: Per cœcum videt omnia
punctum. Credite in lucem. Jo. 12. 36.

Hoc ubi puncto oculus modice distinguitur
unò,

Et vacuo medius panditur orbiculò,
Rebus iter patet obscurum. sol ipse vi-
deri

Si velit, hac etiam cogitur ire viâ.

Quin placidus niveu quò plus micat igni-
bus aër,

Pupula nigra magis, & minor esse
solet,

Usq. adèc natura diem, sibi sumit ab una-
bris;

Visaque per cœcum lumina ducit
iter.

Non est, crede mihi, Sapienti, querere
lucem;

Quando per obscurum plura videre
potes. Idem.

Horologium Solare. Lem: Lux ipsam sit no-
ta per umbram. Conversansur à te-
nebris ad lucem. Act. 26. 18. Deus ni-
mirum, nisi obscurâ fide, non cognoscitur.

Umbra diem, docet umbra Deum. Quid
aperta requiris

Signa, videre Deum si sine luce po-
tes?

Claude oculos natura, Fides jubet; utere
nocte.

Plus aliquid plenò nocte dabit illa die.
Idem.

Oculus humanus vultu velato per tenuē velami-
nis rimulam solem intuens: Lem: Hac tui è
totusq. videatur. Apparet eis, qui fidem
habent in illum: perversæ enim cognitio-
nes separant à Deo. Sapient. 1. 2. 3.